



58d

E libris  
gymnasio Mauritano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

PAEDAGOGII ILFELDENSIS  
STVDIOSAE IVENTVTI  
IO. MARTINVS RIEDEL  
S. P. D.

**E**N! noua lux oritur tenebrosis splendida terris,  
ornat et humanum gloria summa genus.  
Scilicet aeternus subit mortale creator  
corpus, et humanae debilitatis onus.  
Debilitatis onus subiit, sed dispar in vno,  
sancta quod haud vllum pectora crimen habent.  
O, qui TE similem voluisti reddere nobis,  
DIVE PVER, similes nos quoque redde TVI!

Pias hasce meditationes saepius, et cum cura  
recolite, iuuenes studiosi, his praesertim diebus,  
quibus natum humani generis SERVATOREM,

*a solis ortus cardine  
ad vsque terrae limitem*

deuota ILLI ecclesia lactabunda concelebrat, piis  
cum poeta vocibus acclamans:

*Emerge dulcis Pusio,  
quem mater edit castitas,  
parens et expers coniugis  
mediator et duplex genus.*

Haut

AK



Haur difficulter intelligitis , vnde nata sit , et quid  
sibi velit haec studiosae iuuentutis sub dies festos  
compellatio: admonendi scilicet estis , vt tempus  
hoc pie ac temperanter peragatis , pietatique et sa-  
cris auditionibus nauiter detis operam, alieni a mori-  
bus incultae multitudinis. Induat vos DEVS omnes  
sancto suo SPIRITU , quo maius neque nos precari,  
neque vos accipere potestis: faxitque, vt sacrificetis  
DOMINO nostro IESV CHRISTO intima pectorum  
penetralia: offeratis sinceram fidem , conscientiam  
puram, erga proximum caritatem. Valete bene feli-  
citerque, et vestrorum, tantum non nostram expec-  
tationem, quae vobis grauis admodum aduersaria  
constituta, et parata, tuemini, aut, quod gloriosius  
putatur, exsuperate.

ILFELDAE, anno Messiani

CIO ID CCXXVIII.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40






130

PAEDAGOGII ILFELDENSIS  
STVDIOSAE IVVENTVTI  
IO. MARTINVS RIEDEL

S. P. D.



ebrosis splendida terris,  
gloria summa genus.  
tale creator  
debilitatis onus.  
dispar in vno,  
pectora crimen habent.  
reddere nobis,  
quoque redde TVI!

nes faepius , et cum cura  
his praesertim diebus,  
eris SERVATOREM,

*us cardine*  
*rrae limitem*

abunda concelebrat , piis  
ans:

*cis Pusio,*  
*edit castitas,*  
*pers coniugis*  
*duplex genus.*

Haut

AK